

obligationibus. I. prætor, 7. §. quod autem. D. de fuitur. Nimirum quia incertū est, utrum debitor sit stipulator, quippe cuius elec̄tio sit, quod tamē verum est nisi stipulator hoc adiecerit, virū ego voluerō. d. l. vbi autē, & l. si quis, 2. 12. codem.

Talis prodita est actio. Sequitur, tertia Qui sub alternatione stipulator est, sub alternatione quoque concipiēre actionem debet. I. vbi autem, 7. §. qui illud, D. de verbis obligatiōnib. Vbi Vlpianus ex contrario scribit: cum qui sibi electionem constituit, posse pure intentionē concipiēre, & alterutrum duntaxat petere. Formula igitur hēc erit, SI P A T E R E T L a- lium Ebiorū stipulanti decem aut Stichum dari spopondisse: um Ebiorū, aut decem, aut Stichū dare dāetur. Sed quarti potest, an cum hac peti- tio incerta sit, idcirco arbitria hēc sit actio. Et respondemus nequaquam: quia non Iudicis, sed debitoris arbitrio ea præstatio permittitur.

Generaliter hominem stipulans. Sequitur. quarta. Qui genus stipulator, speciem certam petit, plus petere intelligitur. Eadem enim gene- ris, quæ disfunctio ratio est: vbi scribit Julian. in fine l. cum is, 3. 2. D. de conditione indediti. Qui hominem, inquit, generaliter promisit, similiis est ei qui hominem aut decem debet: & ideo si cum existimat se Stichū promisſe, eum de- derit, condicet, alium autem quemlibet dando, liberatur. Apparet igitur eandem huius casus rationem esse, quæ superioris fuit: nimirum quo- niam electionis utilitas debitori admittitur.

Stipulationis iure tiberum fuit. Seq. quinta. Qui genus stipulans, poret quam volerit specie- ſoluendo, liberari. d. l. cum is. & l. fideiſuorem, 5. 2. D. mandat. l. 4. D. de trit. vin. ol. Vbi Iuriscon- fulti tradunt, eum quī genus debet, etiam vil- ſimū ſoluendo liberari.

Vinum Campanum. Theophilus scribit vi- num Campanum omnium aliorum esse peſi- muum: cū rāmen Paulus & Vlpianus eius exem- plum pro quod optimum est adducant. I. stipu- lationis, & sequent. D. de verb. obligat. Floriſi- tem libro primo, Omnia, l. Inquit, nō modo I- talia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Cam- pania plaga est: nihil mollius creo, nihil vberius solo. Ideo Liberi Ceterisque certamē dicunt: hic amidi vitibus montes, Gaurus, Falernus, Masti- cos, &c. Plinius autem lib. 3. cap. 5. Qualiter, ait, Campania terra per se ſelixque illa ac beata ame- nitatis: Ut palam sit vno in loco gaudentis esse o- pus naturæ. Iani vero tota ca. vitalis ac perennis ſalubritas cœli temperies est, tam fertiles campi, tam apri colles, tanta frugum & vitium, olea- tumque fertilitas, &c.

Tyria purpura. Purpura Tyria unde appellata fit, explicat. Polluce Angelus Politianus in Mi- flancis, cap. xij. Porro Plin. lib. v. cap. xix. nunc inquit, T. Tyri insula omni nobilissima conchy- lia, atque purpura conflat. Virtutius autem lib. vij. cap. xiiij. Puniceum, inquit, Purpuræ, colorē procreat Africa, id est quāl vioſaceum colorē, Tyros autem, rubrum.

Liceat vilissimum fit. Sequitur. vi. Qui genus stipulator speciem petit, quamvis vilissimam pe- tet, plus rāmen petere iudicatur. Non enim al- tatio vel bonitas ad rem, sed ad ipsius debito- ris arbitrio referri debet: quod enim cōtra domi- ni voluntatem est, melius videri non potest.

T. de Actione.

Vnde Neratius, Vſurariæ, inquit, rei speciem is cuius proprietas est, nullo modo commutare po- test: deteriorē enim causam vſurarij facere non potest. Facit autem deteriorē & in meliore statum commutando. I. penult. & ult. D. de vſu & habit. nam inuitio (vñ ait Paulus) Beneficiū non derur. I. inuitio, D. de reg. iur. Causa igitur constitutio hēc erit, Qui hominem stipulator erat, Stichum omnium quidem vilissimum, sed debitoris fortasse filium naturalem petebat. Debitor plus enim petuisse dicebat. Intenio est, plus petiſſi, Depulſio, Non plus petiſſi. Qān plus petiſſi? Ratio. Quia plus petere est, de quoquaque commode plus detrahēre, quam debeat. Fir- mio plus petere est, id quod communis estimatio- ne pluris est, petere.

Disceptatio ex scripti ambiguitate nascitur: An plus petere nihil aliud sit, quam quod communi- estimatione pluris est, postulare.

Responderetur, plus in quoquaque commode, & cuiuscunq; generis sit, versari.

A R G V M E N T U M.

Qui tempore plus petiſſi, ex Zenonis lege mulctatur qui verò aliter, in triplum sportu- larum, Iustiniani instituto, damnatur.

Sed hec quidem ante in vſu fuerant, postea ve- rò lex Zenoniana & nostrā a rem coarctauit. Eſi quidem tempore plus fuerit petiſſum: quid statuo- porteat, Zenonis diu memoria loquitur constitutio. Sin autem qualitate, vel alio modo plus fuerit peti- ſum omne, si quod forte dannū est, hac causa acci- derit ei in portulis, contra quem plus petiſſum fue- rit, commissa tripli condemnatione (sicut ſuprā di- ximus) puniatur.

S V M M A R I A.

Zenonis lex in eos qui tempore plus petierunt.

Actor plus petens in quid condemnatur.

T si quidem tempore. Enunt. j. Zenonis lege, t̄ qui tempore plus petiſſum, & sumptus litis amitti, & inducias debitori dupli- cate cogitur. §. hodie, inſra De exceptio. Nam ea constitutio, qua ius illud à Zenone introductum est, ei quo nunc vtimur Codicis, deſt.

In nomine quid forte. Sequitur secunda Quā te loco, cauſa plus petiſſum, Iustiniani legi damnum per sportulas illatum tripli compensat. Hic au- tem locus, vt vere dicam, per obſcurus & perdiſ- cilis mihi quidem videtur. Nam si animū ad illam triplicationem referamus, de qua ſuperius in §. tripli, dicitum est: conſtat eam ad primam duntaxat pluris petiſionem, nimirum quā te fit, pertinet, neque illud ad locum & cauſam ac- commodari poſſe. Videndum igitur an hēc ita concipienda ſint, quāl his duabus pluris petiſionib; sportula viatotib; ſimpliſter, ac non ex litis estimatione ac modo, datæ triplicare- tur: & nihil aliud à Iustiniano, quam quod ſupe- rius à Zenone, constitutum ſit! Nimirum vt a- ctor in litis ſumptus damineretur, ſportulas autem tripli perſoluerat.

A R G V M E N T U M.

Zenonis lege, qui vel minus vel aliud, pe- terit, potest eodem in iudicio cognitum erro- rem ita corrigeri, vt idem iudex non ex- actionis verbis, ſed ex eo quod probatū fue- rit, ſententiam pronunciet.